

Mit Spuren des rückwärts aufgedrückten grossen Siegels in hellem Wachs. In sehr kleiner, zierlicher Minuskelschreibweise geschrieben.

VI. Gegenurkunde des Grafen Amedeus von Savoyen für Kaiser Heinrich VII. 1313 Juli 10.¹

Or. Berlin, Geh. Staatsarchiv; ehemals in Coblenz.

Serenissimo principi et domino suo karissimo domino Henrico Dei gratia Romanorum imperatori semper augusto Amedeus comes et^a princeps Sabaudie cum sui recommendatione se paratum ad quevis ipsius beneplacita et mandata.

Cum vos, serenissime domine mi, iamdudum antequam imperialem accipissetis coronam, permanentes in civitate Astensi me Amedeum comitem Sabaudie investiveritis² in feudum inter cetera de omnibus hiis, de quibus predecessores mei comites Sabaudie fuerunt investiti vel aliquis ex eisdem per aliquem ex predecessoribus vestris Romanorum imperatoribus vel regibus, et constitueritis, vos ipsa, que non possideo, meo nomine possidere vel quasi, dederitisque michi auctoritatem ipsam possessionem accipiendi vel quasi, quandocunque de mea procederet voluntate, et ad presens divina favente clementia vos Romanorum imperator dictam investituram michi laudaveritis confirmaveritisque, prout vestre benignitatis litteris michi concessis aurea bulla vallatis plenius reseratur; fuerit tamen vestre voluntatis expresse, dum prelibatam confirmationem michi fecistis, ut vobis pactum facerem continens, quod ipsam possessionem vel quasi seu auctoritatem ipsam accipiendi a vestri persona non exigere neque capere sine vestri alia expressa licencia noviter accedente, eorum videlicet, que per me vel per alium in Italia non possideo, et quod de hoc per me observando meas vobis dare litteras meo sigillo sigillatas: eapropter vestris semper in omnibus avidus beneplacitis complacere, confidens tamen de vestre celsitudinis in futurum gratia largiori, ipsum pactum ut supra vobis facio et ipsum vestre persone inviolabiliter observare permitto,

a) 'e' auf Rasur.

1) Die Reihe der Urkunden des Kaisers für den Grafen aus Juni und Juli 1313 siehe in Böhmers Regesten. Wie unser Stück, das man eigentlich unter den Pisaner Beständen erwarten sollte, an Balduin von Trier gekommen ist, der schon im März des Jahres heimgekehrt ist, weiss ich nicht. 2) Nov. oder Dec. 1310.